FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Andreas Blaho.

Blaho, Andreas

Halle (Saale), 11.02.1711

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-210087

Visual Library

Andreas Blaho Ostroluciensis,
ex Comitatu Soliensi Hungarus,
Patre Andrea Blaho, verbi divini ibi,
dem ministro; Matre Anna Kar,
dos genitus et in hunc Mundum
Anno a Nat: Christ: M DC LXXX VII.
mense Martio editus sum. Puerites
statim annos, ad nutum dilectorum
Parentum, ediscendis primis Fundamen
tis tum Christianismi, tum literarū
in Schola pagi illius impendi. Inde
mortuo Patre, Mater vidua, Schem,
nitzium montanarum Civitatum unam
me deduxit, ibiq, Rev: Samuelis
Kvetonii Diaconi loci illius curæ com
misit, qui susceptum non tantum pa,
rentis instar aluit, sed etiam fideli,
ter præceptis divinis imbuit, ediscen,
dæ arti Musicæ: lingvæ Latinæ et
Germanicæ adhibilit. deinde cum
habitum canendi majorem compa,
rassem, inter coeteros Musicos (vulgo
Choralistas dictos) me tradidit, sicq cibi
et aliorum beneficiorum quæ iisdem
a Civibus exhibebantur, participem
reddidit. Tandem septennio Schemni,
tzii consumpto consilio consangvineorū
Anno M DCC III. in oppidum Csetnek

ad studia magis excolenda me contuli, Prae„
rat Scholæ illi Elias Sartorius, Vir in
Theol: et Hum: studiis bene versatus, illo
præeunte imprimis Poesi et Rhetoricæ
studui; sed unum duntaxat annum cū
dimidio: nam hic evocatus in oppidum
Gelsavam ad obeundum munus Doctoris
Ecclesiæ, alios præceptores quærere,
nos coegit. Brevi post tempore venit
Rosnaviam Nob: Dom: Michael Miss„
lsovitz, qui et fidelitate et industria
in informando tum satis clarus erat.
Hanc laudatam ejus diligentiam, ut ex„
perirer in locum dictum profectus sum
nec frustra: nam plus quam antea in iis
quæ ibi habebantur studiis profeci. Tan„
dem vero, cum Collegium Eperiense resti„
tutum fuisset, Statibus Aug: Conf: ad„
dictis, et illi dirigendo præpositus fuis„
set vir Cl: Joh: Rezik, ego fama viri
Celeberrimi allectus Eperiesinum veni
ac ibidem operam nō poenitendam Philos:
et Theol: dedi. Ultimo cupido discendi et
peregrinandi, in Germaniam ire me
compulit, collecta igitur paucula,
cum Albo (ut apud nos fieri solet)
pecunia, cum socios itineris et commo„
dam occasionem nactus fuissem

Vitebergam Anno MDCCVIII mense Octobri sanus salvusq. veni. Ibi Prorectore Mag: Wernsdorfio in studiosorum simul et alumnorum numerum receptus sum. Diutius tamen ibi manere, quam quatuor mensibus non licuit: quippe pecuniam quam ex Hungaria attuleram omnem consumseram nihil igitur suppetebat, quo aut vitam sustinere, aut in studiis pergere potuissem. Colligatis ergo libellis et indusiis post Vale dictum popularibus illuc exivi et Anno MDCCIX mense Feb: Halam Sax: adveni. Statimq. nomen meum libro (quem matriculam dicunt) Prorectore Magi Christ: Thomasio inscertū est. Deus v. optimus egeno et indigenti cibum praebuit in Orphan: primū ex mensa Extra: deinde post annum ordinaria, comendata mihi etiam cura puerorum in Schola Germanica Orphanotrophei

Quare Ipsi soli sit Gloria.

Halae Sax d:
11 Febr: Ao
MDCCXI.